

Scientia quid [in margine]

Quod autem negare videtur scientias reminiscentias animae esse, secundo Analytico capite 21. et Analytico 3. capite 1. id maximis ex dogmatibus eius eruemus. Nihil enim aliud est scientia, 5 quam notitia et cognitio quaedam intellectus, eius partis animae, uti ipse nos 1. De anima capite 4. docet, qua cognoscit et sapit: ὡ γινώσκει τε ψυχή καὶ φρονεῖ.

Hanc autem partem vocat νοῦν, *mentem* seu *intellectum*; paulo enim post habet:⁷⁵ Ergo *vocatus animae intellectus* (*dico autem intellectum, quo intelligit et existimat anima*) *nihil est actu rerum antequam intelligat*. At quomodo id fieri potest, ut aliquid prius agat, quam sit? Actio accidens est, accidens in substantia necessario est, substantia ergo praecedat actionem necesse est, quomodo ergo nihil est antequam intelligat? Deinde hic intellectus ὁ δὲ νοῦς χωριστός *separatus est*, at si separatus, quomodo nihil actu est antequam intelligat? Absurda sane contradictio et separatus est quidem, quia divinus uti 2. De generatione animalium capite 3.⁷⁶ *Relinquitur vero intellectum solum deforis venire et divinum esse solum*. Qui cum divinus sit, quomodo nihil est actu? Cum deforis 10 veniat in semen, quomodo nihil est actu? Si:⁷⁷ *Neque enim ipsius actioni communicat corpore a actio*. Si:⁷⁸ *Generationis vero corpus, in quo simul abit semen animastici principii, hoc quidem separatum existens a corpore, quibuscumque continetur divinum, talis autem est is qui vocatur intellectus*. Si inquam intellectus divinus est, si non 15 communicat actionem suam cum corporis actione, si separatus 20 25

⁷⁵ ὁ ἄρα καλούμενος τῆς ψυχῆς νοῦς (λέγω δὲ νοῦν ὡ διανοεῖται [διανοεῖ τε] καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή) οὐδέν ἐστιν ἐνεργείᾳ τῶν ὄντων ποὺν νοεῖν· [ARIST. de An. 429a.22 – 24]

⁷⁶ λείπεται δὴ [δὲ] τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι καὶ θεῖον εἶναι μόνον· [ARIST. G A 736b.27 – 28]

⁷⁷ οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ ἡ σωματικὴ ἐνέργεια. [ARIST. G A 736b.28 – 29]

⁷⁸ τὸ δὲ τῆς γονῆς σῶμα ἐν ὡ συναπέρχεται τὸ σπέρμα τὸ τῆς ψυχικῆς ἀρχῆς, τὸ μὲν χωριστὸν ὃν σώματος ὅσοις ἐμπεριλαμβάνεται τι [τὸ] θεῖον, τοιοῦτος δ' ἐστὶν ὁ καλούμενος νοῦς. [ARIST. G A 737a.7 – 10]